

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM  
OLIM SCRIB-||psit super magna illa Saturni ac Iouis  
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIIII. praeterea  
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

**Lichtenberger, Johannes**

**Köln, 1526**

**Capvt decimvmqvartvm**

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](#)

## CAPVT DECIMVMQ VARTVM.



Ibylla Cretensis sic loquitur de Aquila & lilio,  
& pseudo pontificibus. Erit in insidiis sponsæ  
agni, depauperans cultum eius, & erunt spon-  
si tres adulteri, unusq̄ legitimus in cātu debilis  
qui alios uorabit. Deinde cantabit gallus, opti-  
ma fiet restauratio in ea. Et fulminabit ipse legi-  
timus Papa sententiam in tres Alemanos præ-  
latos, tanq̄ inobedientes & rebelles sponsæ agni. Datur intelligi. Erūt  
tres adulteri pseudo pontifices Episcopi, simul orta discordia inter  
illos, Vnus canonice & legitime electus à Papa, in cantu debilis,  
dum adulteris resistere nequit. Vnus adulteri alios uorabit, ut ex-  
pellat, interficiat tria nomina blasphemiae, prædicantes hæresim, cō-  
citantes populum contra clerum, cuius cantus abominatio, quia  
simoniaca labe respersus erit, quo usq̄ pes unus & sex dīgitū nume-  
rentur, finis eius interitus casuālis. Vnde propheta, Disperdam no-  
mina idolorum de terra, id est ecclesia. Cantabit gallus, id est uerus  
Papa. optima fiet restauratio erroribus extirpati, & sub ipsa

Aquila finientur tribulationes cleri. quia post ipsam

Imperium destruetur. Illud attendite  
o religiosi Treuireñ. & uos philo-  
sophi Colonieñ.

ne lupi  
rapaces introeant  
in ouile uestrum, fratres em̄  
estis, ne alijs accipiānt coronas uestras. Tempo-  
ribus em̄ uestris exurgētno  
ua inaudita in ecclesijs uestris, quæ  
almipotens auertat.

MONACHVS PER CVTIENS ALIVM  
monachum disciplinam dando.

G

PROGNOSTICVM IOANNIS



CAPVT DECIMVM Q VINTVM.

Vita mala cadent his annis in religiosos, ac degolentes. Multa nanci inter se discrimina simulantes, iurgia exercebunt. Ipsorum castitas, iusticia, pietas, parsimonia, sobrietas. &c. diminutionem passura uidetur, propter Martem cō-

